



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Jus Canonicvm R.P. Pavli Laymanni, Soc: Jesu Theologi, Et
Olim In Alma Et Episcopali Academia Dilingana SS.
Canonum Ordinarii Professoris**

Laymann, Paul

Dilingæ, 1666

Titvlvs XXVII. De Officio Cvstodis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62559](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62559)

TITVLVS XXVI.

DE OFFICIO SACRISTÆ.

CAPITVLVM VN.

Vt sciat.

AD Sacristam spectat custodia sacerorum thesauri Ecclesiastici, atque luminarium vasorum, vestimentorum, & omnis cura.

TITVLVS XXVII.

DE OFFICIO CVSTODIS.

CAPITVLUM I.

Custos.

Eadem, quæ superiore tit. ad Sacristæ munus pertinere dicta sunt, hoc tit. custodis officio tribuuntur. Quare idem videtur esse custodis officium, quod Sacristæ, qui etiam thesaurarius dicitur c. 1. d. 26. Atque ita notauit Hostiens. & Azor, tom. 2. lib. 3. c. 16. q. vlt. & colligitur ex c. 2. hoc tit. in fine,

CAPITVLUM II.

Custos.

DEscribitur custodis officium: Etepius adiungitur, quod in his tribus, Archidiacono, Archipresbytero, & Custode, inter se secundum charitatem conspirantibus, veluti tribus columnis Ecclesia nisi debeat.

Hinc itaque apparet, quod Custos non differat à Sacrista, licet titulorum horum compilator pro diuersis habuisse videatur

TITVLVS XXVIII.

DE OFFICIO VICARI.

CAPITVLUM I.

Ad audientiam.



Eorgius Presbyter à Vicaria sua viginti annis abs fuerat, atque interim personatus, quin & curam animarum alibi consecutus est: postea autem re-

versus Vicariam suam repetere volebat. Quo intellecto Alexander III. respondit, Presbyterum illum non admittendum: cum sacris canonibus repugnet, vt qui curam animarum gerit, alio loco Vicarius existat.

NO T A N D V M Vn. Vicarius perpetuus, cum ius reale ac titulum beneficij obtineat, inter eos numeratur, qui curam habent animarum. Quare vacat ipso iure eius Vicaria.